e-codices

vitam non habet. Ne parum dicere videretur
vita esse in filio. Addit ipsum filium vitam esse.
Quod idem quoque filius patrem glorificans ostendit
ubi ait. Sicut enim pater vitam habet in semet
ipso. Hæc scribo vobis ut sciatis quod vitam ha
beatis æternam quæ credidistis in nomine filii
dei. Ut sciatis inquit ut certa sitis futuræ
vitæ beatitudinis quicredentes in eum. ut non
seducamini per fraudem eorum. qui illum esse dei
filium negant. Et ideo nihil eis profuturum asse
uerant. quia in nomine eius credidistis.
Et hæc est fiducia quam habemus ad eum.
quia quod cumque petierimus secundum voluntatem eius
audit nos. Magnam nobis fiduciam præbet speranti
ad nos bona cælestia. quia quicquid
in hac vita. quicquid salubriter eum petimus

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. 284 – Beda in epistolas canonicas (http://www.e-codices.ch/en/csg/0262/284)